



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Monialium Conuersae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

sint annorum 40. vel de senioribus
Monasterii, & seniores comitentur in-
gredientes Monasterium. Clem. V 111.
apud Mescum de mæst. mil. Eccles. lib. I.
parte 4. cap. 4.

Monialium conuersæ.

- 1 **P**ro queritando victu Monialium prouidrant Ordinarij de Cœuersis aut pijs personis. Pius V. Anno 1566.
 - 2 Conuersis minimum 40. annos natis, & superiori probatis facultas sit exequendi pro necessitatibus negotiis, permittente etiam Praefecta. Prou. I.
 - 3 Cui etiam liberum sit eas intra septa seper retinere, & erit laudabilius. *ibid.*
 - 4 Exeunt prodeant binæ, neque longius procedant, quā ut se inuicem aspiceret, & audire possint. *ibid.*
 - 5 Si contingat ex virbe egredi, dormiat in eodem lecto. *ibid.*
 - 6 Cauent, ne in cuiusquam famosa personæ domum introeant, neque in locis suspectis pernoctent. *ibid.*
 - 7 Neque litteras, mandatauè clām perferant. *ibid.*
 - 8 Delinquentibus pena sit carcer, aut etiam grauior. *ibid.*
- V. *Monialium clausura. nu. 18. 19.*
21. *Monialium receptio. nu. 14. 15.*
16. *Monialium alimenta. num. 10.*

A D D I T I O.

- 1 **N**ulla monialis possit retinere conuersas penes se, & numerus conuersarum non excedat tertiam partem Monialium Clem. V 111. apud Mescum de mæst. mil. Ecc. l. 1. parte 4. cap. 4.
- 2 Famulæ sacerdotiales pro seruitijs particuliarum Monialium ne permittantur. *Idem ibid.*

Monialium educatio actiua.

- 1 **E**xcommunicatur à Concilio Trident. cogentes sc̄minam ad monasterii ingressum, vt ibi sacerdotali habitu retento educetur, donec ætatis aptæ sit matrimonio. DD. apud Barb. *alleg.* 104. *nu. 5.*
- 2 **N**imirum effectu secuto. *ibid. num. 7.*

- 3 **V**bi prohibitum est admitti puellas ad habitum monachalem, ibi ne admittantur ad educationem. Congr. Ep. 28. Martij 1588.
- 4 **N**eque fiat educatio in monasterio Conuertitarum. *ead. 12. Mart. 1619.*
- 5 **Q**uia tuto dormi non possunt ali, suppeditato victu, in monastetis collocandæ sunt. *bid.*
- 6 **V**iduis, & alijs nobilibus non conceditur, nisi à Papa, vt in monasterio perpetuo viuant, & cum consensu Monialium. decisum reserunt DD. apud Barb. *alleg. 102. num. 67.*
- 7 **D**eterminetur numerus puellatū educandarum. Congreg. Episcop. 27. Maij 1603.
- 8 **N**e admittantur sine licentia Sacre Congr. Episc. & cum conditionibus ab ea præscriptis eadem *ibid.*
- 9 **N**imirum: ne sint minores septennio, neque maiores annis 25. sine ancillis ingrediantur; si femel egrediantur ne possint redire: teneantur ad clausuram: recipiantur cum licentia in scriptis de consensu Abbarissæ: si ob ægritudinem de consensu superioris Abbarissæ, & Monialium exierint, cum eorundem consensu redire possunt: vtantur vestimento modestia virginalis non sint supra numerum: quolibet semestri anticipata soluat portio pro alimentis: sit locus separatus à Monialibus pro eorum dormitione, & operibus. Hæc apud Zerol. in *Praxi V. Moniales.*
- 10 **E**t requiritur consensus Monialium singillatim, vt admittantur. Congreg. Episc. 4. Ianuar. 1608.
- 11 **N**eque permittatur, quod iisdem die tim à parentibus transmitatur victus, sed certa soluat pecunia, eadem 27. Maij 1603.
- 12 **E**xpleto ætatis ann. 25. Episcopus constitutat terminum ad exequendum, vel habitum regularem suscipiendum, decisiū reserit. Fr. Leo in *T hes. fort. p. 2. cap. 16. nu. 54.* Barb. *alleg. 102. num. 65.*
- 13 **Q**uæcumque ex ijs voluerit Monialis fieri, ad suos redeat apud quos per mensem maneat, antequam examinetur ab Episcopo. Prou. I.
- 14 **S**i infirmentur, & testari velint, dari debet licentia Notario, & testibus in-

gre-